

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

Conradi Gesneri, de Onomastici editione, ad lectorem admonitio

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

CONRADI GESNERI,

DE

ONOMASTICI

editionis,

AD LECTOREM

admonitio.

IN prima editione ONOMASTICI nostri, quae publicata est Basilea, anno 1544. continentur propria nomina, quaeque AMBROSII CALEPINI olim in Dictionarium suum retulit, & alia uideri potuerunt addiderunt. Item Klassarius carminum siue poeticon, ut vulgo inscribitur, iuxta primam quidem congegit ab HERMANNO TORRENTINO, ex Salustio, Livio, Strabone, Plinio, Lucano, Virgilio, Naevio, Perotto, Fortellio, variis poetarum interpretibus, & Graeco vocabulario IO. CASTRONE, ut ipse scribit: deinde retro à ROBERTO STEPHANO luculenta cum accessione editus. Verba quae in Praefatione haec sunt: Nos (inquit) ab aliis tradita studiosè omnia collegimus: fabulas ex Servio, Actone, ceterisque nobilibus Grammaticis de promptissimis: clarorum virosum historiam à praestantissimis quibusque rerum scriptoribus mutuam, quod commodè facere potuimus, eos suis dictis, factis que illustravimus. Quod autem attinet ad locorum rationem, urbium situm, fluminum magnitudinem, omnia tanto studio, curaque persequimur, ut non tam à nobis scripta, quam ab autoribus ipsis, Plinio, Strabone, Ptolemaeo, dicta esse videantur. Haec Robertus. Eodem tempore IO. CIBENIVS idem Opus locupletavit, cum aliunde iam ex commentariis JACOBI MICYLLI in Boccacium, praesertim quod ad poetarum fabulas de diis attinet, &c. Ex omnibus istis collato & perquam mendaciter in Orthographia praesertim corpus unum confici: meos quidem labores in vocabulis iis, quae incipiunt à litteris A, B, R, S, V, X, Z, amicum, in sequens. In istis vocabulis eadem aliquando reperta sunt, plerumque tamen ob aliquam differentiam causam: & malos prolixos esse, quam aliquid ab illis desumptum amittere. Haec de prima editione. Nunc in hac secunda editione non pauca castigavimus, tum nostra, tum amicorum praecipue curat: & inquit STEPHANI Grammatici Graeci vocabularium Geographicum reliquum immiscuimus: sic ut omnia quae apud STEPHANUM sunt vocata, hic etiam explicentur. Si qua vero parum ad Latinos pertinere videbantur, aut alioqui prolixa erant in vocabulis alicujus descriptione, ut sunt aeternum, testimenta, historia, quaedam fabulae, & etyma & nomina à singulis derivata saepe omissa sunt, praesertim ab initio Operis, saepe cum breviter fieri poterat, adiecta. STEPHANI auctoris nomen ubique adscripsimus, ut ipse sciret, quae Graeco scirent, vel certius vel copiosius nonnulla requirerent. Multa sunt apud Graecos gentilia, aliaque derivata, Latinam formam vel terminationem idoneam non habent, & ut Latine scribantur, homonyma laborant. Multa apud illos terminatione sola distinguuntur, plurimum alioqui de rebus: apud Latinos non item. Non solum autem quo STEPHANVS ordine procedit, singula adiecit: sed in super plurima, quae non suis locis ad ea non alphabetico ordine commemorabat, & ubi res auctoris erant, amittebat, ad ordinem quoque suum hic redegit. Graeca vocabula Latini ut plurimum adiecit ex STEPHANO, ut orthographia melius servaretur, minusque depravarentur voces, & de profodia, etymologia & inflectionis modo certius constaret. Magna etiam accessio facta est ex C. PLINII operi De natura praesertim ab initio, sed ita ut testimoniis locis tantum Plinius citaretur, quoque libro & capite singula ab eo petenda essent, annotaretur: adiecto numero, quibus prior libri, posterior capiti est. Haec haec etiam de secunda editione dixerim, in qua si post multas castigaciones adhuc depraevata quaedam reperiantur, non in negligentiam nostram, sed AMBROSII CALEPINI & aliorum ex quibus haec congeita sunt vel ascriptantur vel imperitiam fieri debent. Plurima sane simpliciter emendavimus non rari ad calcem castigatis adscribitur, aut lectis aliis remittitur. In praefatione ad qualicumque fastidiam labore & diligentia nostra hoc Opus excrevisse, & maximum boni studii compendium accessisse, quae haec omnia multa secula caruerunt, bene & eruditè & affectibus liberi hominis arguente & approbante.

De triplici utilitate hujus Operis.

Prima & maxima utilitas est, quae ex veris, uti dicitur, historiis & locorum descriptionibus percipitur. Altera minor, non spernenda tamen praesertim Christianis & solida doctrinae studiosis, quod multae gentilibus fabulae & nuptae, quae aliquo loco tempore perdisce oportet, vel in quaerendo laborare, ut multa, variaque sunt fragmenta, deorum, hominumque genealogia, & alia vana eruditione spectra, statim cum opus erit, hic cito promptu habere liceat. Tertia commoditas est, quod poetarum historicorum, & aliorum etiam auctorum interpretes, qui Commentarios & Scholia conscribunt, lecturi haec remittere possunt, ut nos fecimus in Annotationibus super Tassiani libro contra Graecos, ne multi saepe repetenda veniant, atque eadem in singulis propriis super singulos auctores annotationibus inculcanda, ut in illarum commentariis in plerisque scriptores, hic libri sit. Quod est notandum, si quis non multum tamen ad hanc professionem desiderari videtur, quod vel à nobis, vel alio olim, asserante Deo, supplere poterit. Nequaquam enim alii dicit, quae adiecti nominis meo edita sunt, operibus abstinere velim, qui sciam & sentiam vix uni me, pedum omnibus absolventibus sufficere, cum alius ab ea, tum ingenii delictis, tenuitate, tum communem illam, quae propter vitae brevitatem inchoata absolvere plerique, amari impeditur. Itaque fabulae et eruditio ultra adhortor & oro, ut si quid habent, habituri ve sunt aliquid, quod vel ad hujus, vel aliorum operum meorum accessionem, emendationemque pertineat, id veluti symbolum in commune deponant.

NOTANDA QUEDAM:

Terminatio Latina in us ubi occurrit, quae ratur Graeca in @: & contra, Quae non inveniuntur cum r tenui, forte se offerent cum r aspirato: & contra. In gentilibus Graecorum in @: & diphthongum terminatis, ultimam plerumque acuto notavimus, ut de Graeca orthographia constaret, & syllabarum numero, ut Tyazem.